BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 14r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



SIS

gradiebatur cum eis deducens eos
Dixit quoque dominus. Non celare potero
abraham que gesturus sum. cum fu
turus sit in gentem magnam ac ro
bustissimam. et benedicende sint in eo
omnes nationes terre. Scio enim quod
precepturus sit filiis suis. et domui sue
post se ut custodiant viam domini
et faciant iusticiam et iudicium. ut
adducat dominus propter abraha
omnia que locutus est ad eum. Dixit
quoque dominus. Clamor sodomorum et
gomorreorum multiplicatus est. et
peccatum eorum aggravatum est
nimis. Descendam et videbo utrum
clamorem qui venit ad me opere com
pleverint an non. ut sciam si est ita.
Converterunt quoque se inde et abierunt
sodomam. abraham vero adhuc sta
bat coram domino. et appropinquans ait
Numquid perdes iustum cum impio.
Si fuerint quinquaginta iusti in ve
nti in civitate peribunt simul. et non par
ces loco illi. propter quinquaginta
iustos si fuerint in eo. Absit a te ut
hanc rem facias. et occidas iustum
cum impio. fiat quoque iustus sicut impius
non est hoc tecum quia iudicas omnem
terram. Nequaquam facies iudicium hoc
Dixit quoque dominus ad eum. Si in ve
nero in sodomis. L. iustos. in medio
civitatis dimittam omni loco propter
eos. Et respondens abraham ait.
Quia semel cepi loquar ad dominum de
um. cum sim pulvis et cinis. Quid
si minus. L. iustis. v. fuerint delebis
propter. xlv. universam urbem. Et
ait dominus non. Non delebo. si in ve
nero ibi. xlv. iustos. Cursum quoque lo
cutus est ad eum. Sin autem inventi
ibi fuerint. xl. quid facies. Ait dominus
Non percutiam propter quadraginta
Ne quaeso inquid indigneris domi
ne si loquar quid. si fuerint ibi. xxx.
Respondit. Non faciam. si invenero
ibi triginta. Quia semel ate cepi
loquar ad dominum deum meum. Quid
si inventi fuerint ibi. xx. Dixit non
interficiam propter viginti. Obsecro
inquit ne irascaris domine. si loquar
adhuc semel. Quid si inventi fue
rint ibi decem. Dixit non delebo propter
decem. Abiit dominus postquam cessa
vit loqui ad abraham. et ille reversus
est in locum suum. XIX
Venerunt quoque duo angeli sodo
mam vespere sedente loth
in foribus civitatis. Qui
cum vidisset eos surrexit. et vult ob
viam illis. et adoravit pronus in terram
et dixit. Obsecro domini. declinate
in domum pueri vestri. et manete ibi.
et lavate pedes vestros. et mane proficis
cemini in viam vestram. Qui dixerunt
minime. sed in platea manebimus
Et compulit illos oppido ut diverte
rent ad eum. Ingressisque domum illius
fecit convivium coxit azima et come
derunt. Prius autem quam irent
ad accubitum. viri civitatis vallave
runt domum a puero usque ad senem
omnis populus simul. Vocaverunt quoque loth
et dixerunt ei. Ubi sunt viri qui intro
ierunt ad te nocte. Educ eos huc ut
cognoscamus eos. Egressus ad eos
loth post tergum concludens ostium
ait. Nolite quaeso fratres mei. nolite ma
lum hoc facere. habeo duas filias que
necdum cognoverunt virum. educam
eas ad vos. et abutimini eis. sicut vobis

14